

471

CODICES

472

familiaris &c. Vide *Vol. I. P. I. col. 816*. Singulis Opusculis Lib- rarius praeter pias preculas sub- scripsit:

Penna gradum siste, quoniam liber explicit iste.

CCLXVII.

R. 3078 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 184. f. per duas columnas nitidissime scriptus, rubricis distinctus, olimque *beate Marie virginis in Parngartenperig, Ordinis Cisterc.* in super. Austria inscribitur: *Omellie Johannis Crisostomi Super Matheum*. Praeit Capitulare *Homiliarum XL*. Dein *Incipit Prologus Beati Johannis Episcopi In Opus Sequens*. Nempe: *Sicut referunt matheum conscribere ewangelium causa compulit talis*. &c. Opus Autoris incerti jam saepius *Vol. I.* a me relatum in hoc Exemplo fitit in verbis: *Si quis autem ministerium hoc per illum (illos) putat impletum, qui in actibus apostolorum leguntur*. Atque in iisdem fitit, observante *Montefalconio* edit. *Maur. Opp. Chrysostomi T. VI. Paris. 1724.* f. p. CXCVI. etiam Codex Carthusianorum *Vallis Dei*, aliis Exemplis ad C. 25. *Matthaei* et *Homiliam LIV.* progredientibus. Textum nostrum satis probum conferendo deprehendi.

CCLXVIII.

U. 167 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 76. f. per duas columnas satis bene scriptus, rubricisque illustratus, multis tamen locis emendatus et subpletus testamen-

to *M. Conradi de Hildeshem* Theol. Baccal. et in *Decretis Licentiati*, de quo nihil compertum habeo, obvenit *Librariae Collegii Theol. et Artist. Wienne*, ut *Theca* anterior praefert. Continet vero duplici titulo: *Omeliarium Crisostomi Alias de opere imperfecto*, seu *Commentum Crisostomi episcopi super ewangelium Mathei*, cujus initium: *Sicut referunt matheum conscribere ewangelium causa compulit talis* &c. De *Homiliis* his *Johanni Chryso.* subpositis non semel egi superiore *Vol.* Extant in edit. *Opp. Mauriana Paris. T. VI. pag. XI.* numeroque sunt *LIV.* At nobis hic aliter divisae abrumpuntur *Homilia XL.* in expositione *Cap. XXIII. v. 37.* his verbis: *qui lapides quosdam iactant super apostolos et prophetas*, quae in *Editis* occurrunt *Homil. XLVI. pag. CXCVI.* Aliquot igitur Codicis cetera probi folia excidere.

CCLXIX.

R. 499 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 115. f. per duas columnas nitide scriptus, et posteriore parte miniatus multa complectitur *D. Joh. Chrysostomi* in antiquis *Versionibus* latinis, et in primis *Sermones LXXI.* praevio *Elencho*, quorum *I. De Genesi et Dignitate humane conditionis*, qui incipit: *Dignitas humane conditionis facile*